Schuenke, E. — Trajectione Conjunctionum.

De Traiectione Coniunctionum Et Pronominis Relativi Apud Poetas Latinos.

Dissertatio Inauguralis

Quam

Consensu Et Auctoritate

Amplissimi Philosophorum Ordinis

In

Academia Kiloniensi

Ad

Summos In Philosophia Honores Rite Capessendos

Scripsit

Emilius Schuenke

Holsatus

Kiliae

typis exscripserunt Lüdtke & Martens

MDCCCCVI.

Zum Druck genehmigt:
Dr. Martius
z. Z. Dekan.
1. Mai 1906.

Fratri Meo.

Quaestionem illam, quomodo coniunctiones et pronomen relativum a poetis Latinis traici solita sint, viri docti tetigerunt magis quam fusius tractaverunt et quamquam non desunt, qui in editionibus suis singulos versus, in quibus traiectio illa usu venit, collegerint, tamen quibus normis et regulis usi poetae hanc sermonis licentiam usurpaverint et variaverint, vix unus aut alter accuratius explanare conatus est. Quae cum ita sint, Leo (G. G. A. 1897 p. 956 squ) et nuper Nordenus (Verg. Aen VI Anh. III) postulaverunt, ut tandem aliquando has difficultates tractandas aliquis sibi proponeret. Itaque ad hanc rem explicandam ex Naevio, Plauto, Ennio, Pacuvio, Accio, Statio Caecilio, Terentio, Lucilio, Cicerone, Lucretio, Catullo, Tibullo, Propertio, Horatio, Vergilio, eisque carminibus, quae in appendice Vergiliana servantur, exempla collegi fere ommia,[1]) paucis tantum exeptis, de quibus in fine opusculi verba faciam. Quanti autem sit momenti varias illas traiectionis figuras cognoscere, exemplo uno ad rem criticam pertinente liceat comprobare, versibus, inquam, Lucretii VI 1262/3, qui ita distingui solent: omnia complebant loca tectaque; quo magis aestus confertos ita acervatim mors accumulabat. Quos versus nemo adhuc probabiliter interpretatus est, quia editores „quo magis“ ad„ accumulabat“ trahendum esse censuerunt, cum „complebant“ verbo postpositum sit. Rectissime autem versus nobis traditos esse, neque vero ullam vocem mutandam, facile tibi persuadebis, si scribas et distinguas:

---

[1]) Neque colligentur neque a quoquam desiderabuntur in hoc opusculo exempla coniunctionum positarum post subiectum, quod utrique sententiae, principali inquam et coniunctionali, commune primum enuntiati locum obtinet.

omnia complebant loca tectaque quo magis aestus [1]),
confertos ita acervatim mors accumulabat.

Atque consuetudinem illam traiciendi coniunctiones et pronomen relativum, quam quidem licentiam poetarum tantum propriam esse putes, a prosa oratione nequaquam abhorrere, verum penitus insitam esse indoli linguae Latinae, iam monumentis inde ab antiquissimis temporibus servatis aperte ostenditur, velut „ne“ genuina negationis coniunctio in legibus et interdictis fere semper ad verbum traiecta est; conferas exempli gratia:

e lege sacra Numae Pompilii (Fontes iuris Romani antiqui ed [5] Bruns-Mommsen Friburgi 1887):

1. vino rogum *ne* respargito 2. paelex Junonis aram *ne* tangito. e legibus duodecim tabularum:

1_3 arceram *ne* tangito 1_6 rem *ubi* pacunt orato.

8_3 manu fustive *si* os fregerit libero CCC... poenam subito 9_1 privilegia *ne* inroganto.

10_1 homonem mortuom in urbe *ne* sepelito.

$_4$ mulieris genas *ne* radunto 5a homine mortuo *ne* ossa legito.

ex decreto de Bacchanalibus (C. J. L. I.).

3. de Bacanalibus *quei* foideratei esent ita exdeicendum censuere.

7. Bacas vir *nequis* adiese velet ceivis Romanus.

15. sacra in oquoltod *nequisquam* fecisse velet.

23. senatuosque sententiam *utei* scientes esetis, eorum sententia ita fuit.

Atque ut ex antiquissimis versiculis exempla adiciam, in Appi Claudi sententiis (Baehrens P. L. M. VI) exstat.

amicum *cum* vides, obliviscere miserias,
inimicus *si* es commentus nec libens aeque.

et in Scipionum elogiis leguntur (carm. lat. ep. ed. Buecheler Nr. 7, 8).

---

[1]) conf. ad notionem et vim vocis „aestus“ eiusdem libri v. 816 squ:
hos igitur tellus omnis exaestuat aestus.
expiratque foras in apertum promptaque caeli.
Sic et Averna loca alitibus summittere debent
mortiferam vim, de terra quae surgit in auras,
ut spatium caeli quadam de parte venenet.

consol censor aedilis *quei* fuit apud nos
mors perfecit, tua *ut* essent omnia brevia.

Dubium igitur esse non potest, quin, quia transpositio coniunctionum et pronominis relativi ab auctoribus Latinis adhibita sit antiquitus, hic usus sit genuinus Latinus, sed concedo de particulis adversativis, copulativis, causalibus, disiunctivis dubitari posse. Atque Hauptius (opusc: I), qui de copulativis tantum egit coniunctionibus, exponit etsi sibi persuasum non sit, attamen valde suspicari sese, harum particularum traiciendi moris originem in Alexandrinorum poetarum imitatione quaerendam esse. Hoc probabile verisimileque esse confirmatur, quod Alexandrini non solum „*καί*", verum etiam „*ἀλλά*", Latinorum autem neoterici qui vocantur „at" primi traiecerunt. In universum autem statuendum est, rarissime prae ingenti numero exemplorum, quae apud antiquiores iam exstent Latinos, in Graecorum scriptis traiectionem usurpari, quod nuper Wilamowitzius in libro, cui inscribitur: „Textgeschichte der griechischen Bucoliker" breviter perstrinxit.

Sed iam quaeramus, quomodo exempla traiectionum, quorum ingens est numerus, variaeque formae et figurae distinguendae sint, quomodo ordine et ratione possint recenseri normaeque et regulae constitui. Unusquisque autem Leoni l. n. concedet minime rectam esse viam hac in re explicanda iterum atque iterum statuere, quo sententiae loco, utrum tertia an quarta an quinta sede, coniunctiones positae sint; nam, ut exemplum proferam, quis est, qui non intellegat, eundem locum — ante verbum inquam — pronomen relativum obtinere in his Lucretii versibus:

I 557 longa diei/infinita aetas anteacti temporis omnis *quod* fregisset

et 1567 mollia *quae* fiunt

etsi in illo versu septima, in hoc secunda pronuntiati sede positum sit? Atque consentaneum est, quotiens propria et peculiari sede, id est, initio sententiae coniunctiones et pronomen relativum depellantur, suapte natura ad verbum trahi et artissime cum eo coniungi. Ex hoc igitur genere maximum exemplorum numerum inveniemus. Qui quidem usus quam late pateat, apte

illustratur eis versibus Plautinis,[1]) Terentianis, Lucilianis, quibus „ut" coniunctio repetitur et iteratur pluribus vocibus intercedentibus: plerumque enim ante ipsum verbum iteratur:

Plauti Amph. 495 delictum suom suamque *ut* culpam expetere in mortalem *ut* sinat

Capt. 248 atque *ut* qui fueris et qui minc sis meminisse *ut* memineris.

Cas. 511 ibo intro, *ut* id quod alius condivit coquos
ego nunc vicissim *ut* alio pacto condam.

Rud. 1256 at ego deos quaeso, *ut* quidquid in illo vidulost,
si aurum, si argentum, omme id *ut* fiat cinis.

Stich. 248 rogare iussit ted, *ut* opere maximo
mecum simitu *ut* ires ad sese domum.

Trin. 141 novo modo adeo *ut*, quod meae concreditumst
taciturnitati clam fide et fiduciae,
ne enuntiarem quoiquam neu facerem palam,
ut mihi necesse sit id tibi concredere.

Terent. Andr. 828 perpulisti me, *ut* homini adulescentulo in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria filiam *ut* darem.

Phorm. 153 adeo rem redisse *ut*, qui mihi consultum optime velit esse / Phaedria, patrem *ut* extimescam.

Lucil. 974 — *uti* pecudem te asinumque *ut* denique nasci praestiterit.

Huic autem classi ea quoque exempla subiungenda sunt, si quae nomina artius cum verbo coniuncta exhiberi solent, velut „animum advertere" „pessum dare". A quibus quidem exemplis neque usitatae quaedam elocutiones ut „aetatem degere" „animam efflare" segregandae esse mihi videntur neque tales vocum complexiones quales sunt, „diem supremum obire" „suum officium facere" quaeque eiusdem sunt generis. Ita fit, ut coniunctiones si minus ante ipsum verbum, at tamen ante series quasdam et compositiones vocum appareant, quae unius verbi vim habeant. Neque enim temere coniunctiones traici solent. Ad illustrandum autem illum usum pauca liceat subscribere exempla:

---

[1]) conf. Leo. ad Amph. 495.

Persa 173 ovis *si in ludum iret* (εἴ φοιτῴη), potuisset iam fieri, ut probe litteras sciret.

Trin. 1092 res *quom animam agebat* (ὅτε ἀπέψυχε, ἀπέπνει) tum esse offusam oportuit.

Ter. Andr. 166 in Pamphilo *ut nihil sit morae*, restat Chremes.

Ad. 69 malo coactus *qui suum officium facit* (ὃς ὀρθοπραγεῖ).

Lucret. II 617 vivam progeniem *qui in oras luminis edant* (i. e. gignunt).

Perspicuum est quantum ad transpositionem coniunctionum et pronominis relativi verbum valeat. Haec igitur exempla primo loco enumeranda esse videbantur.

Altero loco eorum versuum recensum dabimus, in quibus coniunctiones et pronomen relativum, plerumque altero sententiae loco collocata, inter substantivum et adiectivum inserta sunt, velut.

Pl. Merc. 112 erus *ut* minor opera tua servetur.

Men. 902 suo *qui* regi tantum concivit mali.

Adiectivorum vero et substantivorum certos quosdam ordines, quibus inseri solent coniunctiones et pronomen relativum, dein perlustrabimus; qui quidem usus adeo frequens est et constans praecipue apud recentiores poetas, ut de casu cogitari non possit. Conferas exempli gratia:

Cat. 51_5 misero *quod* omnes eripit sensus mihi.
61_1 omnia *qui* magni dispexit lumina mundi.
$_3$ flammeus *ut* rapidi solis nitor obscuretur.

Porro apertum est coniunctiones eis cedere vocibus, quae a scriptoribus sive propter vim sententiae sive adversationis gravitatem sive propter facetias quasdam sermonis et figuras primo ponuntur loco; altero igitur loco poni solent. Talia autem sunt exempla:

Pl. Amph. 324 si in me exerciturus's, quaeso, in *parietem ut* primum domes.

Cistell. 48 ob istuc *unum* verbum dignu's, *deciens* qui furcam feras.

Pl. Men. 156 *te* morare, *mihi* quom obloquere.
Merc. 510 *bona* si esse vis, *bene* erit tibi.
Mil. 265 tacere nequeo, *solus* quod scio.
763 bonus bene ut malos descripsit mores.
Pers. 98 nolo, *in vesicam* quod eat, *in ventrem* volo.
Poen. 23 *servi* ne obsideant, *liberis* ut sit locus.

Neque illud neglegendum est coniunctiones et pronomen relativum prima sede mota si neque ante ipsum verbum locus conceditur neque certis quibusdam et solitis vocum ordinibus suo loco inseruntur, primam sedem sive totius versus sive particulae versus (id est post caesuras) expetere atque ambire.

Paucis hoc illustretur exemplis:

Lucr. III 992 sed Tityos nobis hic est, in amore iacentem
quem volucres lacerant.

V 440 propter dissimiles formas variasque figuras
quod non omnia sic poterant coniuncta manere.

Verg. Aen. VII 38 advena classem / *cum primum* Ausoniis exercitus adpulit oris.

699 nivei liquida inter nubila cycni
cum sese e pastu referunt . . . . . sonat amnis.

Lucret. I 200 non potuit, pedibus / *qui* pontum per vada possent transire.

IV 1009 accipitres somno in leni / *si* proelia pugnas edere sunt persectantes.

V ex omni mundo / *quia* sic elementa vaporis undique conveniunt.

Catull. 64_{322} carmine, perfidiae / *quod* post nulla arguet aetas.

Denique poetas interdum coniunctiones ob necessitatem metricam traicere in propatulo est, velut „quoniam" „quia" „ubi" coniunctiones initio hexametri dactylici poni non possunt.

Sed iam ad propositum accedamus; atque primum de coniunctionibus in sententiis secundariis usurpatis, deinde de illis, quae in enuntiatis primariis ponuntur, agemus.

I.

1. Creberrime coniunctiones et pronomen relativum ad verbum traiciuntur; qua in re nihil interest, utrum una an complures voces coniunctioni antecedant neque utrum coniunctio eodem versu an primo vel secundo loco sequentis versus posita sit. Unaquaeque pronuntiationis pars coniunctioni vel pronomini relativo et verbo arte coniunctis antecedere potest. Haec autem huius collocationis exstant exempla:

apud **Naevium**. (ed [3] Ribbeck) trag 48 iam solis aestu candor *cum* liquesceret.

com. 93 primum ad virtutem *ut* redeatis, domi patres patriam *ut* colalis.

bell. Pun. 47 convenit, regnum simul ac locos *ut* haberent
48_3 obsides *ut* reddant.
epigr. 3 immortales mortales *si* foret fas flere.

Plaut. (ed Goetz-Schoell) Amph. 21 tametsí pro imperio vobis *quod* dictum foret.

29 miráre non est aequom, sibi *si* praetimet.

54 faciam ex tragoedia comoédia *ut* sit omnibus isdem vorsibus.

61 regés *quo* veniant et di, non par arbitror.
83 qui sibi mandasset, delegati *ut* plauderent.
85 eius órnamenta et corium *uti* conciderent.
128 vorsári crebro hic *quom* viderent me domi.
136 memorát, legiones hostium *ut* fugaverit.
154 iuventútis mores *qui* sciam, qui hoc noctis solus ambulem.
169 quo facto aut dicto adeost opus, quietus *ne* sis.
226 úrbem agrum aras focos seque *uti* dederent.
282 nísi item unam, verberatus *quam* pependi perpetem.
290 erus *quod* imperavit = 586.
340 quí possim videri huic fortis, a me *ut* abstineat manum.

380 íta di faciant, *ut* tu potius sis atque ego te *ut* verberem.[1])
427 sí tu Sosia's, legiones *quom* pugnabant maxume.
453 tuaé *siquid* vis nuntiare: hanc nostram adire non sinam.
465 patri *út* liceret tuto illam amplexarier.
472 adeo úsque satietatem *dum* capiet pater.
494 delictum suom suámque culpam expetere in mortalem *ut* sinat.
535 Ptérela rex *qui* potitavit.
549 tánto brevior dies *ut* fiat faciam.
567 tempore uno homo ídem duobus locis *ut* simul sit.
584 salvos domum *si* rediero.
585 séquere sis, erum *qui* ludificas dictis delirantibus.
598 dónec Sosia (me) ille egomet fecit, sibi *uti* crederem.
621 íbi forte istum *si* vidisses quendam . . . Sosiam.
636 boni *si* optigit quid.
662 átque id se volt experiri, suom abitum *ut* desiderem.
694 te *ut* deludam contra, lusorem meum.
703 Bacchae bacchanti *si* velis advorsarier.
734 eosque *ut* vicimus.
744 illi *ut* fuerit proelium.
862 idém Mercurius *qui* fit.
879 a mé *quod* gravidast, pariat sine doloribus.
893 quando, égo *quod* feci, factum id Amphitruoni offuit.
924 ignosce, irata *ne* sies.
933 id égo *si* fallo, tum te, summe Juppiter
960 próinde eri *ut* sint, ipse item sit
977 égo rem divinam intus faciam, vota *quae* sunt.
978 fac A'mphitruonem advenientem ab aedibus *ut* abigas.
983 ut ministres mihi, mihi *quom* sacruficem.
1080 in aédibus, tu *ubi* habitas, nimia mira vidi.
1086 piam et pudicam esse tuam uxorem *ut* scias.
As. 26 profécto percontanti *quin* promam omnia.

---

[1]) Talis coniunctionum iteratio saepius apud poetas Latinos legitur, velut Pl. Amph. 734, As. 21, Cas. 706, Men. 525, 857, 892 Mil. 411, 706, Merc. 678, Most. 932, Poen. 952, Pseud. 192, 929, Rud. 255, 276, Trin. 42, 120, 643, Truc. 202, 798; Ter. Phorm 512, Ad. 28, 858, Heaut. 367; Lucr. II 1046, III 476, 681, 1266, IV 58, 223, 867; Cat. 50_{14}, 80_{3}; Prop. II 9_{29}; Hor. sat II 3_{18}; Verg. Aen. 434.

78 patrés *ut* consueverunt: ego mitto omnia haec.

83 cupio ésse amicae *quod* det argentum suae.

103 perfícito argentum hodie *ut* habeat filius, amícae *quod* det.

164 sólus *si* ductem, referre gratiam numquam potes.

185 se *ut quom* videat gaudeat.

190 nec meum quidem edepol, ad te *ut* mittam gratiis.

219 semel *si* captae sunt, rem solvunt aucupi.

225 sávium *si* sumpsit, sumere eum licet sine retibus.

226 in ludo *qui* fuisti tam diu.

228 rémeato audacter, mercedem *si* eris nactus.

235 perpetuom annum hunc mihi *uti* serviat.

237 domi servi *qui* sunt castrabo viros.

252 igitur inveniendo argento *ut* fingeres fallaciam.

274 Libanum *si* conveniam modo.

303 ád pedes *quando* adligatumst aequom centumpondium.

316 háriolari *quae* occeperunt, sibi esse in mundo malum.

324 fórtiter malum *qui* patitur, idem post potitur bonum.

343 vérum in tonstrina *ut* sedebam.

382 Demaénetus *ubi* dicitur habitare.

386 proptérea, huc *quia* habebas iter.

391 clamát, procul *siquem* videt ire.

408 Libanum ín tonstrinam *ut* iusseram venire.

432 mea causa *ut* mittas.

462 suasísse, sibi *ne* crederes.

469 molestus *ne* sis = Aul. 458, Men. 250, Most. 74, 601, 771, 877, 886, Pseud. 889, Rud. 1030, Terent. Phorm. 635.

479 ut vápules, Demaenetum *simulac* conspexero hodie.

486 quo vocas, iamdudum *quo* volebas.

507 matri *quo pacto* praecipis.

519 sola ego in casteria *ubi* quiesco, omnis familiae causa consistit tibi.

563 ubi párietis perfoderis, in furto *ubi* sis praehensus.

572 ubi, creditum *quod* sit tibi, datum esse pernegaris.

600 legés *ut* conscribat, quibus se populus teneat.

706 tolutim *ni* badizas.

730 nec quíd dicatis scire nec me *cur* ludatis possum.
736 noctem huíus et cenam sibi *ut* dares.
749 horréscet faxo lena, leges *quom* audiet.
780 quom iáciat, te *ne* dicat.
801 vino viginti dies *ut* careat.
819 luxúriae sumptus suppeditare *ut* possies.
839 ut quasi dies *si* dicta sit.
848 cum hac ánnum *ut* esses.
914 átque interea *ut* decumbamus suadebo, hi *dum* litigant.
916 eí det, in partem hac amanti *ut* liceat ei potirier.

Aul. 63 neu pérsentiscat, aurum *ubi* est absconditum.
75 probrúm, propinqua partitudo *quoi* appetit.
78 longám, meum laqueo collum *quando* obstrinxero.
173 verba *ne* facias, soror.
205 mi *út* despondeat, sese a me derideri rebitur.
268 ut erus *quae* imperavit facta . . sient.
301 de suó tigillo fumus *siqua* exit foras.
380 occépi: festo die *siquid* prodegeris / profesto . . .
384 quam mínumo sumptu filiam *ut* nuptum darem.
434 me haud paénitet, tua *ne* expetam.
439 ad focum *si* adesses.
443 ego te faciam miserrimus mortalis *uti* sis.
493 mores meliores sibi parént pro dote *quos* ferant quam nunc ferunt.
494 pretio *qui* superant equos.
541 pro ré nitorem et gloriam pro copia *qui* habent.
591 sín dormitet, ita dormitet, servom se esse *ut* cogitet.
596 facilius *ut* nent et moveant manus.
619 átque hic pater est ut ego opinor huius, erus *quam* amat, (virginis).
679 indeque óbservabo aurum *ubi* abstrudat senex.
707 indeque éxspectabam aúrum *ubi* abstrudebat senex.
804 nunc sérvom esse *ubi* dicam meum Strobilum non reperio.

Bacch. 18 petraé, ferrum *ubi* fit.

37 míhi in monendo *ne* defuerit oratio.

38 lusciniolae *ne* defuerit cantio.

58 miles *quom* veniat.

142 praeséntibus illis paedagogus una *ut* siet.

204 hic, éxeuntem me *unde* aspexisti modo.

230 ei aurum *ut* reddat.

352 ut, auri *quantum* vellet, sumeret.

408 leniter *qui* saeviunt, sapiunt magis.

418 praeter aequom *nequid* delinquat.

423 digitum longe a paedagogo pedem *ut* efferres.

431 índe de hippodromo et palaestrae *ubi* revenisses domum.

521 Chrysalo causa mea patér *ne* noceat.

526 Mnésilochum *ut* requiram atque ut eam mecum ad te adducam simul.

548 eíque, se *quom* frustrant, frustrari alios stolidi existumant.

644 cómpuli et perpuli, mi omnia *ut* crederet.

659 pectus *quoi* sapit.

690 tibi *ne* noceat.

710 éa ballista *si* pervortam turrim.

739 proin tu ab eo *ut* caveas.

860 ambo *ut* necem.

944 sígnum ex arce *si* perisset.

962 Ulixem *ut* praedicant.

664 blánditiis exemit et persuasit, se *ut* amitteret.

976 nunc Príamo nostro *si* est quis emptor, comptionalem senem vendam égo, venalem *quem* habeo, extemplo.

1014 in stultitia *si* deliqui.

Capt. 32 nihil prétio parsit, filio *dum* parceret.

51 homúnculi *quanti* sunt, quom recogito conf. Rud. 154 homunculi, quanti estis; eiecti ut natant.

64 valéntiorem nactus advorsarium *si* erit.

73 talos *quom* iacit.

81 suó sibi suco vivont, ros *si non* cadit.
111 herí *quos* emi.
198 nunc sérvitus *si* evenit, ei vos morigerari mos bonust.
206 nóstrum officium *quod* est, si solutos sinat.
266 ne íd quidem, involucre inicere, voluit, vestem *ut ne* inquinet.
271 próxumum *quod* sit bono quodque a malo longissume.
290 Genio suo *ubi quando* sacruficat.
292 proinde aliis *ut* credat vide.
330 éum *si* reddis mihi, praeterea unum nummum *ne* duis.
337 fac is homo *ut* redimatur.
443 ópsecro, infidelior mihi *ne* fuas quam ego sum tibi.
446 sátin habes, mandata *quae* sunt, facta *si* refero?
449 séquere me, viaticum *ut* dem a trapezita tibi.
451 hinc ire huic *ut* liceat domum.
460 séquere tu, te *ut* amittam.
486 dentes *ut* restringerent. 513 eum sibi *ut* liceat videre.
515 eum hominem *uti* convenias.
523 opérta *quae* fuere, aperta sunt.
568 Philocratem *qui* superes veriverbio.
569 pól ego *ut* rem video, tu inventu's, vera vanituidne *qui* convincas.
700 benést : nec quisquamst mi, aeque melius *quoi* velim.
745 de me *ut* meruisti.
779 primo ex med hanc rem *ut* audiat.
788 sed Ergasilus éstne hic, procúl *quem* video.
817 út sciant, alieno naso *quam* exhibeant molestiam.
844 ita dico : magnus *ut* sit.
871 ígitur olim *si* advenissem, magis tu tum istuc diceres.
908 ét quae pendent indemnatae pernis auxilium *ut* feram.
929 sátis iam audivi tuas aerumnas ad portum mihi *quas* memoravisti.
947 át ob eam rem mihi libellam pro eo argenti *ne* duis.
949 hominem *uti* iubeas arcessi.

Cas. 2 fidém *qui* facitis maxumi et vos Fides.
15 nam iúniorum *qui* sunt, non norunt, scio.

29 aurés vocivae *si* sunt, animum advortite.
85 argéntum *si quis* dederit, ut ego suspicor.
105 praeféci ruri recte *qui* curet tamen.
106 ego húc *quod* veni in urbem si impetravero.
146 vir *sí quid* volet me facite hinc accersatis.
176 domi et foris aegre *quod* sit, satis semper est.
191 míra sunt, vera *si* praedicas.
220 omnibus *quod* praestat.
292 líber *si* sim, meo periclo vivam.
334 repénte *ut* emoriantur humani Joves.
367 „huic" dixi atque adeo mihi *dum* cupio.
525 sed facitodum, <ne>[1] pervorsus, merula *quod* cantat, colas.
534 líberae aedes *ut* sibi essent, Casinam *quo* deducerent.
681 id huc missa sum tibi *ut* dicerem ab ea *ut* caveas tibi.
706 gládium *ut* ponat et redire me intro *ut* liceat.
743 cená modo *si* sit cocta.
781 cena *úbi* erit cocta.
795 qui amat, tamen hercle *si* esurit, nullum esurit.
930 contínuo in genua *ut* astiti, pectus mihi pedibus percutit.
964 núnc tu *si* vis subigitare me, probast occasio.
993 Casinam *ut* poscerem uxorem mihi.
1006 hánc ex longa longiorem *ne* faciamus fabulam.

Cist. 117 númquid me vis, mater, intro *quin* eam.
135 puerum aút puellam alicunde *ut* reperirem.
498 mihi *quam* despondit pater.
541 amens *nequid* faciat, cauto opust.
612 natást haec virgo, Alcesimarcho *quae* datur.
636 quaé mihi dedit, parentes te *ut* cognoscant.
662 nam hércle ego quam illam anum inridere me *ut* sinam.
673 quae in tergum meum *ne* veniant, male formido.
717 hanc scíre oportet filia tua *ubi* sit, signa *ut* dicit.
465 potin *ut* mihi molestus *ne* sies = Men. 627, Truc. 897.

Curc. 29 ne id quód ames, populus *si* sciat, tibi sit probro.
31 caute *ut* incedas via.

---

[1]) sic Sudhausius, sed dubitanber.

163 sísto ego tibi me et mihi te contra itidem *ut* sistas suadeo.
195 dictis moderari *ut* queas.
225 pavés, parasitus *quia* non rediit Caria.
252 parasito *ut* sit paratum prandium.
257 operam *ut* det.
288 túm isti Graeci palliati, capite operto *qui* ambulant.
294 eos ego *si* offendero.
321 ímmo si scias reliquiae *quae* sint.
363 óstium *ubi* conspexi, exinde me ilico protinam dedi.
404 sed hunc quem quaero commonstrare *si* potes.
449 in cavea *si* forent inclusi.
540 redditum *ut* reddam tibi.
548 quám pars lenonum, libertos *qui* habent.
550 tuóm qui signum ad me attulisset nuntium *ne* spernerem.
559 argentum *ut* petam.
561 salvos *quom* advenis conf. Truc. 127.
599 parasitum *ne* amiseris.
679 árgentariis male credi *qui* aiunt, nugas praedicant.
682 decem minas *dum* solvit, omnes mensas transiit.
691 cum catello *ut* accubes.
692 in robusto carcere/*ut* pereatis.
696 auxilium *ut* feras.

Epid. 63 potin *ut* molestus *ne* sis = Merc. 779, Persa 287, Truc. 919.
142 danistae *quas* resolvat.
145 meam domum *ne* inbitas.
197 per omnem urbem *quem* sum defessus quaerere.
269 usque ad mortem *ut* serviat.
354 nunc iterum *ut* fallatur pater.
372 nummo conducta *quae* sit.
385 perspicere *ut* possint.
387 vitam *ut* vixissent.
438 senex hic *ubi* habitat.
446 nam strénuiori deterior *si* praedicat.
453 pol egó magis unum quaero, meas *quoi* praedicem.

463 mihi illam *ut* tramittas, argentum accipias.
466 mihi concubina *quae* sit.
513 maló cruciatu *ut* pereas.
729 míhi *ut* ignoscas, si quid imprudens culpa peccavi mea.

Men. 63 nam rús *ut* ibat forte, ut multum pluerat.
107 id quóque iam, cari *qui* instruontur, deserit.
156 té morare, mihi *quom* obloquere.
181 lepide *ut* fastidis.
257 ubi níl habebis, geminum *dum* quaeris, gemes.
270 id utrúmque, argentum *quando* habebo, cavero.
359 potissimus nostrae domi *ut* sit.
362 fores *quoi* pateant.
397 fácta *quae* sunt.
426 ad phrygionem *ut* deferas.
437 tú facito, ante solem occasum *ut* venias advorsum mihi.
502 si aéquom facias, mihi odiosus *ne* sies.
514 omnis cinaedos esse censes, tu *quia* es?
525 ut hóc una opera ad aurificem deferas,
atque huc *ut* addas auri pondo unciam.
564 ferébat, hodie tibi *quam* surrupuit domo.
647 nám profecto tibi surrupta *si* esset, salva nunc foret.
681 ad phrygionem *ut* ferres.
603 mihi tu *ut* dederis pallam.
736 tecum simul/*ut* véniat ad me.
794 ad cenam *ne* promittat postules.
857 mé quidem *si* attigeris aut si propius ad me accesseris.
907 quía rogo, palla *ut* referatur rursum ad uxorem meam.
988 néque virum ex hoc saltu damni salvom *ut* educam.
1007 operam mihi *ut* des.
1011 éripe oculum isti, ub umero *qui* tenet.
1052 érupui, homines *quom* ferebant te sublimen quattuor.
1112 cúm patre *ut* abii Tarentum ad mercatum.
1132 ó salve, insperate, multis annis post *quem* conspicor.
1155 praeconium mihi *ut* detis.

Merc. 61 sese éxtemplo ex ephebis *postquam* excesserit.
100 discúbitum noctu *ut* imus. ecce ad me advenit.
129 ex hoc metu *ut* sim certus.
144 cum cruciatu *quae* advenit.
148 égo bonum, malum *quo* accedit, mihi dari haud desidero.
257 navem, éx Rhodo *qua* est heri advectus filius.
368 sed istuc quid est, tibi *quod* commutatust color.
371 pér mare *ut* vectu's, nunc oculi terram mirantur tui.
381 amantes *ut* solent.
388 vérum in portum huc *ut* sum advectus,
nescioqui animus mihi dolet.
400 dono *quam* darem matri meae.
465 ád portum *ne* bitas, deico iam tibi.
488 Achillem orabo, aurum *ut* mihi det ,Hector *qui* expensus fuit.
499 vicinus *quod* rogavit.
520 de lánificio neminem metuo, una aetate *quae* sit.
521 matura iam inde aetate/ *quom* scis facere officium tuom.
550 adulêscens *quom* sis, tum quomst sanguis integer.
579 aliquem árripiamus, prandium *qui* percoquat.
583 curámus, pulcre *ut* simus.
614 quaéso hercle, animum *ne* desponde.
655. si íd forte ita sat animo acceptumst, certum id pro certo *si* habes,
686 nimiúm scis sapere, ruri *quae* non manseris.
701 talí viro *quae* nupserim.
744 nam quí amat, quod amat *si* habet.
835 vóbis mando meum parentum rem bene *ut* tutemini.
843 spé speratam *quod* optulisti hanc mihi.
880 caelum *ut* est splendore plenum.
885 restituam iam ego te, in gaudio antiquo *ut* sis.
886 máxume *quod* vis audire, id audies.
935 óperam *ut* sumam ad pervestigandum.
980 in exilium *quom* iret.
1002 satis iam *ut* habeatis.

1006 dúm memoramus, arbitri *ut* sint, qui praetereant.
1017 ánnos gnatus sexaginta *qui* erit, siquem scibimus.

Mil. 21 periúriorem hoc hominem *siquis* viderit.
54 at péditastelli *quia* erant sivi viverent.
70 vidére *ut* liceat: ad sese arcessi iubent.
73 ut in tabellis *quos* consignavi hic heri.
93 labiis *dum* ductant eum.
122 Athenis *quae* fuit.
127 Athenis *qui* fuit.
140 concubinae *quod* dedit — miles.
168 estne advorsum hic *qui* advenit Palaestrio?
182 se *ut* videant domi.
259 intro *ut* abeas.
265 tacere nequeo, solus *quod* scio.
283 míhi *ne* dixis : scire nolo.
356 mihi solaę *quod* superfit.
360 dispéssis manibus patibulum *quom* habebis.
365 ém tibi, hic mihi dixit, tibi *quae* dixi.
414 servávit, saevis fluctibus *ubi* sum adflictata.
480 érus *si* veniet si me quaeret, hic ero.
554 quidni fateare, ego *quod* viderim?
659 át quidem, illuc aetatis *qui* sit, non invenies alterum.
663 nam ín mala uxore atque inimico *siquid* sumas, sumptus est.
706 núnc bene vivo et fortunate atque ut volo atque animo *ut* lubet
713 ílle miserrimum se retur, minimum *qui* misít mihi.
728 pro virtute *ut* veneat.
764 pártem dixi atque, otium rei *si* sit, possum expromere.
798 míliti *ut* darem : quasique ego rei sim interpres.
806 miles domum *ubi* advenerit.
859 domum *si* venerit.
865 tu meam partem, infortunium
si dividetur, me absente accipito tamen.
876 minus *si* tenetis, denuo volo parcipiatis plane
satis *si* intellegitis, aliud est quod . . .

884 tibi díxi, miles *quem ad modum* potisset deasciarei.
892 nam id proderit mihi, militi male *quod* facietis ambae.
950 qui éius regnum tutarentur, mihi *dum* fieret otium.
956 nam hóc negoti clandestino *ut* agerem mandatumst mihi.
960 eíus hunc mi anulum ad te ancilla porro *ut* deferrem dedit.
979 à te *ut* abeat per gratiam.
1039 tecum aétatem exigere *ut* liceat.
1089 Philocómasio dic, si est istic, domum *ut* transeat.
1132 nunc ád me *ut* veniat usust Acroteleutium.
1146 áb se *ut* abeat cum sorore.
1148 ómnia dat dono, a se *ut* abeat:
1170 prae illius forma *quasi* spernas tuam.
1252 per amórem *siquid* fecero, clementi animo ignoscet.
1275 ad se *út* eas : tecum vivere volt.
1284 alium álio pacto propter amorem *ni* sciam
fecisse multa nequiter.
1303 ad navim *qui* ferant.
1317 ventus operam *dum* dat, ut velum explicent.
1318 nám matri oculi *si* valerent, mecum venissent simul.
1383 cumuláte commoditate, praeter ceteros
duó di *quem* curant.
1395 fácite inter terram atque caelum *ut* sit situs.
1405 oratus sum, ad eam *ut* irem.
1410 ítaque ancilla, conciliatrix *quae* erat, dicebat.
1423 dé tunica et chlamyde et machaera *nequid* speres.

Most. 62 ervóm daturin estis, bubus *quod* feram.
78 facite, húc *ut* redeat noster quam primum senex.
94 at ego íd faciam ita esse *ut* credatis.
99 argumenta *dum* dico ad hanc rem.
101 aedés *quom extemplo* sunt paratae, expolitae . . .
107 bonae *quom* curantur male.
135 ín fabrorum potestate *dum* fui.
163 detéxit, tectus *qua* fui.
173 virtúte formae id evenit, te *ut* deceat.
210 tu iám quod quaerebas habes : ille, te *nisi* amabit ultro.

215 Scapha, íd tu mihi *ne* suadeas.
242 pro illíus capite *quod* dedi.
249 órnata *ut* sim, quom huc adveniat Philolaches.
309 víde, tali *ubi* sint.
395 eí mihi, quam, istaec blanda dicta *quo* eveniant, madeo metu.
414 tranquille cuncta et *ut* proveniant sine malo.
424 capite óbvoluto *ut* fugiat cum summo metu.
465 metuó, te atque istos expiare *ut* possies.
468 aedes *ne* attigatis.
472 sermónem nostrum *qui* aucupet. — Tutum probest.
529 et égo — tibi hodie *ut* det, senex, magnum malum.
590 molestus *si* sum, reddite argentum.
623 danísta *qui* sit, genus quod improbissumum est.
740 qui? quia venit navis, nostrae navi *quae* frangat ratem.
789 antíquom optines hoc tuom, tardus *ut* sis.
812 vídeo — Ergo inridere *ne* videare et gestire.
876 ubi advórsum *ut* eant vocitantur ero.
917 quí subegi faenore argentum ab danista *ut* sumeret.
1095 né enim illi huc confugere possint, quaestioni *quos* dabit.
1127 iúbeo te salvere et, salvos *quom* advenis, Theopropides . . . gaudeo.
1142 nimis *qui* es orator catus.
1145 fác ego *ne* metuam mihi.

Persa 98 nolo in vesicam *quod* eat, in ventrem volo.
178 ego istúc placidum tibi *ut* sit faciam.
181 iré decet me, ut erae opsequens fiam, libera ea opera ocius *ut* sit.
236 énim non ibis nunc, vicissim *nisi* scio.
237 tu *ut* sis peior quam ego siem.
240 omnes muti *ut* loquerentur prius.
242 ómnes muti *ut* (e)loquerentur prius.
289 utinam vades desint, in carcere *ut* sis.
290 tandem *ut* liceat.

327 et múlier *ut* sit libera atque ipse ultro det argentum.
347 nam ad paúpertatem *si* admigrant infamiae.
354 quam ménsa inanis nunc *si* apponatur mihi.
379 scis iam, tibi *quae* praecepi.
382 necéssitate me, mala *ut* fiam, facis.
383 verúm videto, me *ubi* voles nuptum dare.
436 fugiúnt quam ex porta ludis *quom* emissust lepus.
472 íta ancilla, mea *quae* fuit hodie, sua nunc est
496 tuom prómeritumst, merito *ut* faciam
526 probum ét numeratum argentum *ut* accipiat.
555 pérfidia et peculatus ex urbe et avaritia *si* exulant.
671 quaérere ansam, infectum *ut* faciat.
694 mandátae *quae* sunt volo deferre epistulas.
744 te quóque etiam ipsum *ut* lamenteris.
779 solús ego omnibus antideo facile, miserrumus hominum *ut* vivam.
801 exstingue ignem, si cor uritur, caput *ne* exardescat.
849 séd ita pars libertinorumst : nisi patrono *qui* adversatust.

Poen. 23 serví *ne* obsideant, liberis *ut* sit locus.
28 nutríces pueros infantis minutulos / domi *ut* procurent.
45 bonum hércle factum pro se quisque *ut* meminerit.
81 argéntum *nisi qui* dederit, nugas egerit.
135 scitúmst, per tempus *si* obviamst verbum vetus.
140 amáns per amorem *siquid* feci, Milphio.
244 olént, salsa sunt, tangere *ut non* velis.
249 scit, múriatica *ut* maceret.
278 me *ut* amet posthac propitia.
284 éxornatae *ut* simus.
314 víden tu? pleni oculi sorderum *qui* erant
iam splendent mihi.
319 prímae *ut* inferremus ignem in aram.
322 sácruficare : nam vigilante Venere *si* veniant eae.
462 quom scibunt Veneri *ut* adierit leno manum.
549 eí paratae *ut* sint insidiae.
553 nós tu *ne* curassis : scimus rem omnem.

560 sé *ut* adsimularet peregrinum esse aliunde.
627 viám *qui* nescit, qua deveniat ad mare.
860 aliquem eo dignus *qui* siet.
864 mé non perdent, illum *ut* perdant, facere possum.
865 méum erum *ut* perdant.
913 vale et haec cura clanculum *ut* sint dicta.
928 rémora *si* sit, qui malam rem mihi det.
956 eum fécisse aiunt, sibi *quod* faciendum fuit.
966 servíre ante oculos, domi *quae* fuerint liberae.
1025 sub crátim *ut* iubeas se supponi.
1031 hominém peregrinum atque advenam *qui* inrideas.
1048 conferre *si* vis hospitalem, eccam attuli.
1074 ludénti puero *quod* memordit simia.
1264 magis *qui* credatis dicam.
1272 hoc exemplo *ut* pingeretis.
1290 íta replebo, atritate atrior multo *ut* siet.

Pseud. 83 ut mé defraudes, drachumam *si* dederim tibi.
106 atque íd futurum *unde unde* dicam nescio.
113 tua *út* sit aut si tibi do vigenti minas?
118 dabó: molestus nunciam *ne* sis mihi.
128 in hunc diem a me *ut* caveant, ne credant mihi.
164 vórsa sparsa tersa strata, lautaque unctaque omnia *uti* sint.
168 ne mora quae sit, cocus *quom* veniat.
192 ut . . . commutet meque *ut* praedicet.
194 aúdin, furcifer *quae* loquitur?
235 potin aliam rem *ut* cures.
237 in rém *quod* sit.
245 ém conloqui *qui* volunt te.
285 fúit occasio, si vellet, iam pridem, argentum *ut* daret.
577 ego operae *si* sit plus tecum loquar.
399 neque éxordiri primum *unde* occipias habes.
401 sed quási poeta, tabulas *quom* cepit sibi.
434 quid novom, adulescens homo
si amát, si amicam liberat?
483 liberare *quam* velit.

490 quor haec, tu *ubi* rescivisti, ilico celata me sunt?
549 quin rús *ut* irem iam heri constitueram.
564 quo vós oblectem, hanc fabulam *dum* transigam.
583 facile *ut* vincam, facile *ut* spoliem meos perduellis.
589 metum ét fugam perduellibus meis med *ut* sciant natum.
633 pótest ut alii ita arbitrentur et ego *ut ne* credam.
660 inde *ut* me accersas, erus tuos *ubi* venerit.
665 dormitum *ut* abeas.
676 animo *ut* volueram.
683 stúlti hau scimus, frustra *ut* simus.
768 puero átque eidem *si* addunt turpitudinem.
818 prius quám triverunt, oculi *ut* extillent, facit.
821 vivís convivis intestina *quae* exedint.
860 manum *sí* protollet, pariter proferto manum.
918 stratióticus homo *qui* cluear.
922 tu príor *ut* occupes adire.
929 ípsus sese *ut* neget esse eum qui siet
méque *ut* esse autumet qui ipsus est.
948 tibi savia super savia *quae* det.
976 nomen *si* memoret modo.
981 crédo in tenebris conspicatus *si* sis me, apstineas manum.
1009 Harpáx calator meus est, ad te *qui* venit.
1014 te *si* árbitrarem dignum, misissem tibi.
1118 léno *ubi* esset domi, me aibat arcessere (scl. Syrus).
1180 nóctu in vigiliam *quando* ibat miles.
1208 mulierem *qui* abduceret.
1227 dixin ab eo tibi *ut* caveres centiens.
1233 mulierem *qui* abduceret.
1282 inde húc exii, crapulam *dum* amoverem.

Rud. 18 malí, res falsas *qui* impetrant apud iudicem.
30 retinéte porro, post factum *ut* laetemini.
31 nunc, huc *qua causa* veni, argumentum eloquar.
220 quam a corpore vitam *ut* secludam.

275 út tuo recipias tecto servesque nos
míseriarumque te ambarum *uti* misereat.

321 cum istíus modi virtutibus operisque natus *qui* sit.
429 ótium *ubi* erit, tum tibi operam . . . dabo.
455 in aram *ut* confugiamus.
505 pol mínume miror, navis *si* fractast tibi.
573 át vides me, ornatus *ut* sim vestimentis vividis.
579 ín mari *quod* elavi, ni hic in terra iterum eluam.
598 ad ´ hirúndininum nidum visast simia
ascénsionem *ut* faceret admolirier.
602 rogáre scalas *ut* darem utendas sibi.
616 ágricolae, accolae propinqui *qui* estis.
632 ab lippitudine usque siccitas *ut* sit tibi.
674 sed núnc se *ut* ferunt res fortunaeque nostrae.
680 si modo id liceat, vis *ne* opprimat.
696 in cústodelam nos tuam *ut* recipias.
730 tu ipsus te *ut* non noveris.
744 tríma *quae* periit mihi.
802 salva *si* foret.
822 iam hoc Hérculi est Veneris fanum *quod* fuit.
834 quaeso hércle abire *ut* liceat.
890 verúm tamen ibo, ei advocatus *ut* siem.
898 mirór, de nocte *qui* abiit piscatum.
959 nunc míhi *si* vis dare dimidium.
963 vídulum istum *quoius* est novi ego hominem.
970 hunc *qui* cepi in venatu meo.
1088 fác sis, aurum *ut* videam, post ego faciam, ut videas cistulam.

1120 eam te quaeso cistulam / út iubeas hunc reddere illis : ob eam *siquid* postulat / sibi mercedis.

1171 ét bulla aureast : pater *quam* dedit mihi.

1215 iam hic fac sit, cena *ut* curetur.

1230 alienum *quod* est.

1287 saltem ut eam abducam, de bonis *quod* restat reliquiarum.

1296. ad Grípum *ut* veniat.

1337 eodém die tui viduli *ubi* sis potitus.
1348 illaéc advorsum *siquid* peccasso.
1367 mihi triobolum ob eam *ne* duis.
1409 líbera *ut* sit, dimidium tibi sume.

Stich. 29 nam víri nostri domo *ut* abierunt.
62 íamquidem in suo quicque loco *nisi* erit mihi situm supellectilis.
71 grátiam a patre *si* petimus, spero ab eo impetrassere.
73 néque equidem id factura neque tu *ut* facias consilium dabo.
106 quae óptumae sunt esse oportet, sed utraque *ut* dicat mihi.
113 ut, per urbem *quom* ambulent.
195 ipse *ut* venditem.
199 aliénas res *qui* curant studio maximo.
230 ampullam rubidam / parasítum inanem *quo* recondas reliquias.
510 vócem ego te ad me ad cenam, frater tuos *nisi* dixisset mihi.
524 domum *ubi* redieris.
547 filiam, bene *quicum* cubitares, dedi.
550 „ímmo duas dabo“ inquit ille adulescens „una *si* parumst“.
588 húnc hercle ad cenam *ut* vocem.
589 illúd quidem, ambos *ut* vocem.
636 viden, benignitates hominum *ut* periere et prothymiae.
680 cena cocta *ut* esset.
701 séd amica mea et tua *dum* cessat.
732 mecum *ubi* est, tecumst tamen.
745 béne *quom* lautast, tersa, ornata.
747 quam in perpetuom *ut* placeat.

Trin. 7 huc *quae* ábiit intro, dicam.
43 hic illést, senecta aetate *qui* factust puer.
105 merito *utne* dicant, id est.
166 ruri *dum* sum ego unos sex dies.

267 amor, míhi amicus *ne* fuas umquam.
280 patrém tuom *si* percoles per pietatem.
318 quíd exprobras, bene *quod* fecisti?
349 dé magnis divitiis *siquid* demas, plus fit an minus?
378 égone indotatam te uxorem *ut* patiar?
442 inter te atque nos
adfínitatem *ut* conciliarem et gratiam.
470 adpósita cena sit, popularem *quam* vocant.
486 id óptumum esse, tute *uti* sis optumus.
523 primum ómnium olim terra *quom* proscinditur.
583 dic Cállicli, me *ut* conveniat.
584 de dóte *ut* videat, quid opus sit facto.
633 béne *quom* simulas facere mihi te, male facis.
668 ítast amor, ballista *ut* iacitur.
698 scío equidem te, animatus *ut* sis.
741 datam tibi dotem, ei *quam* dares.
755 dotem dare *si* dixerim.
800 uxórem quoque ipsam hanc rem *uti* celes face.
872 cénsus *quom* sum, iuratori recte rationem dedi.
878 hisce homines *ubi* habitent.
991 salvos *quandoquidem* advenis.
1055 nam ego, talentum mutuom
quoi dederam, talento inimicum mi emi.
1130 nám beneficium homini proprium *quod* datur, prosum perit.

Truc. 12 hic hábitat mulier, nomen *quoist* Phronesium.
66 nam númsquam alibi *si* sunt, circum argentarias.
73 accépta dico, expensa *ne qui* censeat.
90 eláre se potesse, gravida *si* foret.
127 peregre *quoniam* advenis, cena detur.
129 sine me íre, era *quo* iussit.
146 ubi nón est, scripturam *unde* dent, incusant publicanos.
168 rapere ótiose oportuit, diu *ut* essem incolumis.
192 si illúd quod volimus dicitur, palam *quom* mentiuntur.
202 ut abórtioni operam daret puerumque *ut* enicaret.
208 iam hic ero : propest : profécta *quo* sum.

274 máncupion *qui* accipias, gestas tecum ahenos anulos?
282 quid tu hoc occursas, in urbes *quotiensquomque* advenimus?
286 abire hinc *ni* properas grandi gradu.
297 quód scias? — Erilis noster filius apud vos Strabax *ut* pereat.
298 sánus *si* videare, dicam.
303 quíd maceria illa ait, in horto *quae* est.
324 si proínde amentur, mulieres diu *quam* lavant, omnés amantes balneatores sient.
359 hícine hodie cenas, salvos *quom* advenis?
456 dolórem, dolus *ne* occidat morte pueri.
457 matér dicta *quod* sum, eo magis studeo vitae.
482 meas pugnas *dum* praedicem.
558 domi *quidquid* habet eicitur (codd. neititur) ἔξω.
568 meretrícem ego item esse reor, mare *ut* est.
578 váleo et venio ad minus valentem et melius *qui* valeat fero.
587 ipsa *quae* sis stabulum flagiti.
795 aperiuntur, clam *quae* speravi fore.
798 púer *ut* offerretur eaque *ut* celarentur omnia.
822 propter mala facta *qui* es patronus parieti.
871 ótium *ubi* erit, de istis rebus tum amplius tecum loquar.
875 in eam rem *siquid* habebo.
894 út illud acceptum sit, prius *quod* perdidi.
903 ópus nutrici, lact *ut* habeat.

aqud **Ennium** (rec [2] Vahlen) annal. 151 circum sos *quae* sunt magnae gentes.
160 nobis *unde* forent fructus.
218 nec quisquam sophiam, sapientia *quae* perhibetur in somnis vidit.
247 paucum, multa tenens, antiqua sepulta vetustas *quae* facit. [1])

---

[1]) Vahlenum secuti interpretor : multa tenens, quae vetustas facit antiqua (et) sepulta.

280 hostem *qui* feriet mihi erit Carthaginiensis.
360 „malo cruce“ fatur „*uti* des / Juppiter“.
409 arcus (sub)spiciunt, mortalibus *quae* perhibetur („arcus ubi aspiciunt“ trad.)
565 cum legionibus *quom* proficiscitur induperator.

Fortasse huc trahendus est versus:

566 flamma loci *postquam* percussa est turbine saevo ...
